



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

MORONE GIOVANNI GEROLAMO, *Verba prolata ab illustrissimo d. Ioanne cardinale Morono primo praesidente, & legato sacri concilii Tridentini, in eius prima comparitione in generali congregatione die martis XIII. aprilis MDLXIII.*, Riva del Garda, Giovanni Battista Bozzola (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1563.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 64

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/48>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T.C. 60

C. M. 108



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

|      |
|------|
| G    |
| 2-op |
| f    |
| 79   |

BIBLIOTECA COMUNALE  
TRENTO



*ex libris*



K 2405451

D 2405412

Stci

T 0-op f 64

# VERBA PROLATA

AB ILLVSTRISSIMO D. IOANNE

CARDINALE MORONO Primo Praefidente,

& Legato sacri concilii Tridentini, in eius prima

comparitione in Generali Congregatione

Die Martis XIII. Aprilis

M D L X I I I.



RIPAE Ad instantiam Ioannis Baptistae Bozole:

M D L X I I I.

VERBA PROLATA

AB ILLUSTRISSIMO D. IOHANNI

CARDINALE MORONO Tunc Praesidente,

621 Regiae (sic) concilii Tridentini, in eadem

congregatione sacrae Concilii Congregatione

Die Martis XIII. Aprilis

M D L XIII.



REGIAE AD AUSTRIAM IMPERII HUNGARICAE

M D L XIII.

625

VERBA PROLATA AB ILLUSTRISS. D. IOANNE  
CARDINALE MORONO PRIMO PRAESIDENTE,

& Legato sacri Concilii Tridentini, in eius prima comparitione

in Generali congregatione Die Martis XIII.

Aprilis M. D. L. X. III.




**Q**VO in statu sit Resp. Christiana PATRES Reuerendissimi omnibus perspicuum est. Nullus enim ignorat quanta sit religionis perturbatio, quam neglecta, immo prorsus contempta sit omnis ecclesiastica disciplina, quae bella, quae seditiones populorum fuerint, atque etiam nunc sunt, quas clades a potentissimo ac perpetuo Christiani nominis hoste Turca superioribus annis Terra marique acceperimus, quam ingens denique periculum nobis ab eius potentia dissi-  
dis nostris, semper imminuat. Has ob causas omnibus ut dixi manifestas, PIVS IIII. Pont. Max. bono consilio atque optima uoluntate concilium oecumenicum in hanc ciuitatem conuocauit, ut si fieri possit, Deo impensis operis ferente remedium aliquod tot malis inueniretur. Nam cum propter indignationem Dei ea nobis proculdubio enentant, si catholicae fidei, & ueteris innocenti & puritas reuocabitur placato Deo, & bella, & seditiones cessant, & imminetia, ceruicibus nostris pericula facilius repellentur. Congregatum est igitur hoc concilium frequens & celeberrimum, in quo sunt tot uiri praestantissimi. Ad sunt duo Principes Cardinales, & nobilitate, & omnibus uirtutibus insignes. Ad sunt Illustrissimi Oratores, & Caesarum Maiestatis & tot maximorum Regum, liberarum ciuitatum, Principumque ac Nationum Adstantiam tot Praesales egregia doctrina, spectata uita probitate, & sapientia quadam caelesti praedit; Nec desunt complures excellentissimi Theologi, ac doctores peritissimi omnes uiri omni laude digni. Congregato autem hoc concilio, cum iam ea tractarentur, quae ad susceptum negocium pertinere uidebantur: Ecce in ipso cursu erepti sunt nobis duo prudentissimi uereque Illustrissimi Cardinales Mantuanus, & Seripandus, quorum mortem non sine magno animi dolore ad memoriam reuoco; Nam & si eos faelicis beatosque fueros esse existimem, quia scriptum est, beati mortui; quia Domino munuscula delectat amen, & resp. causa, quae eorum opera his temporibus maxime indigebat, & sua; Nam utriusque eorum magna familiaritate ac necessitudine conuocatus eram. Accepto nunc tam acerbo morte Illustrissimi Mantuani summus Pontifex cum sacro Cardinalium coetu, me, & ueritate, & coete-

ris omnibus rebus longe inferiorem illi suffecit; Ad iunxitq; ad hanc legationem conciliarem Reuerendissimum Cardinalem Nauagerium, Vrum multa eruditione, & prudentia præclarum; Vere dicam Patres, quantum licuit, quantum potui hoc onus recusavi, eius grauitatem, & iurium meorum imbecillitatem reformidans. Sed quid? Hunc timorem uicit obedientiæ necessitas: Parendum fuit Vicario Christi, qui Petro, & eius successoribus oues suas pascendas, regendasq; commendauit; Huc igitur iussus ueni. Ad cæsaream quidem Maiestatem nunc profecturus: sed mox (Deo dante) inde reuersurus; Vt cum illustrissimis collegis, ac Dominis meis Legatis, ea, quæ ad salutem populorum, ad Ecclesiæ splendorem, ad Christi gloriam illustrandam pertinent una uobiscum agam; Ac ut cætera desint, duo certe præcipue mecum afferro. Alterum optimam uoluntatem summi Pontificis certam & exploratam, qui nihil magis optat, nihil æque curat, quam ut doctrina fidei ab hæresibus repurgetur: mores corrupti emendentur; abusus tollantur; commoda ac necessitatibus Prouinciarum quæ olim maxima pietate floruerunt, consulatur; Pax deniq; & unio etiam cum aduersariis omnibus quantum fieri poterit, salua pietate, atq; Apostolicæ sedis dignitate constituatur. Alterum quod afferro, est, huic non dissimile propensam uoluntatem meam ad ea peragenda (Deo adiuuante) quæ Santitas sua uerbo præcepit. In hoc enim omne ingenium meum, quamuis per exiguum, omnem operam, & industriam collocauo, quæ res quantum fructum sint allaturæ Patres sapientissimi in manu uestra situm est; Nam prudentia uestra, doctrina uestra, auctoritate etiam uestra hoc Concilium ad bonum, & optatum finem perducere poterit. Quamobrem uos Patres omni honore digni hortor, & per Deum immortalem obtestor, ut remotis contentionibus, atque discordiis, quæ magnum orbi Christiano offendiculum præbent, remotis quæstionibus inutilibus, quæ non ad ædificationem sed dei, sed potius ad subuersionem audientium, ad tempus frustra cõterendum faciunt, ea serio, ac sedulo agatis, quæ maxime necessaria sunt; Illud diligenter attendentes, ne scientiæ uento cum inter uos sint tot doctissimi uiri ab humilitatis portu efficiamini. In hoc enim negotio Dei, multa opus est præcæmaxima humilitate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, quod si humiles, unanimes, ac concordēs fueritis (Duce spiritu sancto) omnia bene, & recte perficietis, fructum uberrimum Ecclesiæ Dei ex tot periculis, longis itineribus, laboribus, & impensis uestris percipiet; Et uos lumen quoddam magnum, & clarissimum scientiæ, & doctrinæ accendetis, atque in altum collocabitis; Ad quod non solum, ii, qui nunc uiuunt, sed etiam posteritatem uostre dirigentes, tutissimum salutis portum facillime tenebunt; Deus autem propter uos maxime laudabitur, & glorificabitur, & uos eiusdem laudis participes eritis in hac uita, & post hanc uitam, gloriam immortalitatis immarcescibilem percipietis.



PM 32577



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T  
0  
cp. f  
64

Misc. I. C. 2. 60

50

634

# VERBA PROLATA

D. IOANNE

imo Praefidente,

in eius prima

gregatione

orlie



RIPAE Ad instantiam Ioannis Baptistae Bozole:

M D L X I I I .